



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

IV. De mutuis petitionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

### *III. De libelli oblatione.*

**S**ecundum judicij præparatorium est libelli  
conventionalis oblatio : de qua dixi ad  
*m. D. de edend.*

#### *IV. De mutuis petitionibus.*

**T**ERTIUM PRÆPARATORIUM EST RECONVENTIO I  
seu mutua petitio, qua reus actorem  
suum invicem convenit. §. Nota primo, non 2  
idem esse reconventionem, & mutuam con-  
ventionem. *Inf. l. 6. de rescr. c. 3.* nam recon-  
ventio respicit ad conventionem, ideoque  
non solum fit apud eundem judicem, apud  
quem facta est conventio. 3. q. 8. c. l. *vers.*  
*cujus.* sed etiam eodem judicio & eadem sen-  
tientia terminatur. c. 1. & rescriptum super  
conventione impetratum, obtinet etiam in  
reconventione. d. c. 3. mutua vero conventio  
potest per se spectari, tanquam judicium per  
se, non habita ratione conventionis. *Inf. de*  
*ordin. cogn. c. 2.* Quare omnis reconventio  
est mutua petitio : sed non reciprocatur, ut  
omnis mutua petitio sit reconventio. §. No- 3  
ta secundo, reconventionem seu mutuam pe-  
titionem fieri posse, non solum coram judi-  
ce ordinario, sed etiam coram delegato. c. 1.  
*U. lib. 6. de rescript. d. c. 3.* non coram arbi-  
to compromissario, quia fines compromissi  
accederet. *Sup. de arbitr. c. 6.* §. Nota tertio, 4  
d 3 nec

nec excommunicatum posse reconvenire, *de except. c. 5. in fin.* nec criminaliter ad  
satum. *3. q. 11. cap. 1. & 2.* nec super spe-  
tione conventum. *Inf. de ordin. cogn. l.*  
Hactenus de preparatoriis, quæ sum:  
litem contestatam.

*V. De litis contestatione.*

**H**ic titulus extat etiam *C. libr. 3.* N  
primo, litis contestationem esse pri-  
mium judicii. *C. eod. l. 1. & D. rat. rim l.*  
*l. amplius 15.*

*VI. Ut lite non contestata non procedatur  
testium receptionem, vel ad senten-  
tiam definitivam.*

**N**ota secundo, litis contestationem an-  
esse necessariam, ut ea omissa sequen-  
ctus non valeant. *Sup. tit. prox. l. un.*  
inde ea omissa judex nec probations re-  
re, nec sententiam ferre debet, ut hoc  
ostenditur.

*VII. De juramento calumnia.*

**L**ite contestata, variis actus ante sen-  
tiam definitivam interponuntur: sed  
tria genera referuntur. In primo genero  
nitur jusjurandum calumniae: in secundi-  
lationes: in tertio progressus adversus sum-  
contumacem, vel fatentem, vel negan-